

(Moser, XXV. 1150;

Alfred Reutter,
Göttingen 1866.

PRODROMVS METHODI MAMMALIVM.

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO

DVCE AC DOMINO

C A R O L O

DVCE WVRTEMBERGIAE AC TECCIAE REGNANTE
REL. REL.

AD INSTITVENDAM
EX DECRETO GRATIOSÆ FACVLTATIS MEDICÆ
PRO LEGITIME CONSEQUENDO
DOCTORIS MEDICINÆ GRADV
INAUGVRALEM DISPVNTATIONEM

P R O P O S I T U S

P RÆS I D E

GOTTL. CONR. CHRIST. STORR

MEDICINAE DOCTORE, IVIVS, CHEMIAE ET BOTANICES

PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO

VNIVERSITATIS H. T. PRO - RECTORE,

R E S P O N D E N T E

F R I D E R I C O W O L F F E R ,

B O H N L A N D E N S I .

T V B I N G A E , D . J Y L . M D C C L X X X .



LITTERIS REISSIANIS.



Physiographicarum tabularum inter pericula forte se obtutit cogitatio de exemplo imitando verecundi pictorum antiquorum consilii, qui, antequam de tabula omnium oculis sistenda manum omnino removerent, civium transuentium sententiis aurem præbere amabant. Hodie scriptum academicum publicæ ventilationi Nobilissimo cum Respondente submissurus hac opportunitate utor, ut physiographicæ meæ methodi partem nostratum eruditorum sub examen revocem.

Fundamentorum, quibus mineralium corporum sistema superstruendum videatur, in primo institutionum physiographicarum volumine a) fusiis eo animo rationem reddidi, ut basis operis maturo æquorum arbitrorum satijs superque pateret examini. Nec animi a iactis fundamentis

A 2

a-

a.) Entwurf einer Folge von Unterhaltungen zur Einführung in die Naturgeschichte, B. I. Frst. und Leipz. 1776.

avocandi hastenus suppeditatum argumentum fuit vel eorum vim frangente validiori ratiocinio , vel alio proposito stabiliori fundamento. Viam itaque , quam ut circumspectius ingrederer , omnem dedi operam , in his , dum meliora docear , constanter perseguor.

Sed alia organicorum est naturæ operum , quam inorganicorum , ratio. Methodus istorum alia sequatur præcepta , necesse est. Offero nunc explorandam horum præceptorum ad principaliorem regni naturæ organici classem applicatorum succinctam & exemplo illustratam sciagraphiam. Struendæ nempe methodi mammalium consilium perinde ac in memorato mineralium methodi periculo primas curas vindicavit diligenti legum investigationi , quæ normam estimationi rationum statuant dictorum obiectorum in collatione ineundarum.

Methodus vere naturalis quum in hoc omnis sit , ut sua operum naturæ recensione seriem quorumcumque iis inditorum similitudinis graduum fideli filio reddat , successus talis ausus prorsus nititur cognoscendorum graduam istorum artificio. Neque enim arduum profecto opus veluti ludendo conficitur iactatis operum naturæ ex habitu locationibus , legum omnium impatientibus , nec nisi inspirationem cœci cuiusdam gratis quidem accepti instinctus festantibus. Quo sensu enim suum hoc idolum colunt habitus patroni , fortuitam aliquam primo ex aspectu obiectorum decerpdam prædicare solent similitudinem divisionem , specioso vocabulo empiricum agendi morem palliaturi.

Habitus autem siquidem obiecto propriam & speciem & indolem referat , atque adeo complexum virtutemque dotum obiecti sistat , non empirico obtutu , sed scita discitur interpretatione.

Nec

Nec in universum sensuum nostrorum fert natura , ut multa simul exhibens spectaculum idu oculi exhaustamus. Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Sed naturali sensus hebetudini si fuerit in nuda & simpliciori observatione succurrentum iterato sèpius conatu translataque ab alia obiecti facie ad aliam attentione , quanto magis opus erit austra virium contentione laborisque indefessa patientia in conferenda atque suppeditanda obiectorum , numero , varietate , collineatione , inexhausta vi?

Sic quidem mire aliena non potuit non videri superciliosa illa adminiculorum artis tot laboribus partorum repudiatio , non unice familiaris miseræ eorum turbæ , qui , tirocinio se subducentes , quæstum in abusu artis querunt , rudes exercere eam ayslent , omniq[ue] pudore abjecto rectum eius usum suis clamoribus tribare student , quorum quidem in perversitate sola residet putidi moris ratio ; sed , quod omnip[ot]uo explicatu difficilius , negari nequit , nonnullos etiam præstantiores a technico disciplina cultu ad empiricum subinde declinare naturæ consultos. Horum quidem alii , in scepticorum sentiendi rationem nimis proclives , de quolibet in ordinis naturæ addiscendi studio successu , quin & de certo rerum creatorum universitati ordine concessu admodum dubitant . imo desperant , alii artificialium systematum adeo offenduntur maculis , ut in opposito extremo naturalis systematis conditionem querant. Artificialia systemata in eo sage non damnanda sunt , quod artis studiique rationem habeant , sed potius in præceptorum ad arbitrium n[on]que consulta satis rerum natura statutorum audaciore promulgatione , tantaque in eorum usu violencia , ut opera naturae , invita ipsa atque recluante , confitit ex ingeniosis auctorum intrudantur loculis ; Legitimo itaque at immoderato abusus ejus odio accidit . ut iniqua subinde ferretur sententia , naturalem methodum quodcunque artis aversari adjumentum , tutioremque fore legum qua-

A 3

quarumcumque , utpote factitiarum neque naturalium , expertem observationem artificiosiore demonstratione consummatissimi magistri , doctrinæ universo apparatu instru-
ctissimi , atque hoc ipso magis a naturæ simplicitate alieni ^{b)} . Simili argumentatione usi aliquando medici , crebros theoriæ abusus ægre ferentes , spredo scientiæ lumine , ad empiriæ umbras se reverti malle , dixisse potius , quam judicasse , videntur . Neutri obtrectatorum cogitant , quam ipli fuerit indignum , arti funestum , si talium virorum auctoritate impudentia eorum foveatur , qui illiberale disciplinæ odium vel palam proferri non verentur .

Quid itaque ? An in extrema omnia perpetuo ruendū ? Annon momentis potius utrinque æqua lance expensis in medio consistet veri libramentum ?

Arte non erit abutendum , ne vis naturæ inferatur .

Abusus artis erit , cum neglecta , vel sinistra fuerit admissa naturæ interpretatio .

¹ Nec arte erit abstinentia , sine qua nil valemus , cum ita homo factus sit , ut institutione , non instinctu , se uti diseat . Ita .

^{b)} Et passim aliquod subesse videatur partium studium , iis sere in systemata iniquioribus deprehendendis , quibus vel opportunitatis forte , vel animi causa obtrigerit , monographiis potius , quam nexus omnium investigatione , discipline inservice , vicissim contra horum merita , quasi fortuita prorsus essent , haud raro deprimentibus atque minutiarum instar habentibus iis , quos nec eadom beaverit fortuna , nec alia æque moveat contemplatio , ac vastum universi majorumque eius partium spectaculum & harmonia omnium , methodi , his inde acceptissimæ , omnino demum beneficio intelligenda .

Itaque nec culto verior habendus radis sensus , & acie & side inferior , nec otioso spectator ^{c)} videre doctus observator posthabendus .

Habitus utique habenda ratio , sed probe intellecti . Neque adeo is sola collocandus erit in externa specie , ejusve ea saltem parte , quæ oculos præcipue incurrat , cum fallax aliquando species ceterarum dotium rectificante ministerio indigeat , nec in superficie figuratur rerum natura , cortices autem spreta medulla legere , non sit prudentis .

Nec contra insuper habenda species externa , nec repudianda primi etiam aspectus virtus . cum omnino partem dotium objecti sistat observatori , & obscuro aliquando , quem subministrare solet , quarundam rationum sensu aditum investigationi paret ad universi habitus cum pleniorum tum & clariorem sensum assequendum .

Modo ne nimium momento isti tribuatur , præcipue in obiectorum statuendis necessitudibus , nec inde inferatur , data opera , in superficie hærendum & ad reliqua cæciendum esse , ne obscurus ille sensus , quasi clariore tutior , huius admissione suffocetur .

Quoties conjunctionis ratio revera adest , illa non potest non inesse dotibus utriusque obiectorum communibus . Quibusnam insit , quibus non , docendum erit , ut pateat , qua vi , quo gradu , quæ conjuxeris , cohærent . Quod si præstetur , nullus empiriæ locus erit ; si præstari nequeat , suspectus nexus esto .

Com-

^{c)} Il y a bien de gens qui regardent , & fort peu qui voient . Nouv. Observ. sur l'Angleterre , par l'Abbé Coyer . Yverdon . 1779 . p. 6 .



Complexus singularium dotium spectandus , cum non aliquibus , sed cunctis , totum partibus consistat , demumque mutiletur qualicumque particula *a*) ; Præcipue cum singulares quoque observationes iuxta cum systematibus fide fuerint laboraturæ , si , plurimis neglectis dotibus , quarrundam saltem & fallaciorum fugitiva perlustratione absolutum opus iudicetur *e*).

Diligenti itaque analysi in singula eundum , sed ita , ne communis omnium vinculi præ cura singularium oblivio subrepatur , ne nimirum minutiarum studio affixus oculus longe circumspicere dediscat , capiendisque ampliorum circulorum rationibus posthac succumbat.

Demum

- d*) Naturæ opera non semper singularibus , cuidam generi propriis , reliquis contra negatis , distincta dotibus comprehenduntur , sed dotium in se plus minus communium suum quodque genus modum , nexusque obtinuit . Contra naturam itaque in paulatino per iugem transitum perpetuo continuato similitudinum recessu ordo rerum ponitur nimis adfixis symbolo catena Phisiometris .
- e*) Qui momentosæ disciplinae dignitatem & securitatem dubiæ fortis hariolationibus , quam rationis & consilii fidei credere maluerint , perpendant quæso , quot etiam litibus , legum , quas admittere recusant , nulla virtute dirimendis se se implicant , cum quotidiano usu constet , quam sibi contradicere soleant spectatorum sententiae circa affirmandam , vel negandam hominis cum homine , vel hominis cum effigie , vel quamcunque demum speciei cum specie similitudinem . Viderint ipsi , numne sic , fallaci opinacionum fuso in certæ rationis locum suffecto , prospiciendum sit pessumdatæ doctrinæ ad obscuram barbariem immensis relapsus .



Demum in universo opere uti labore nunquam parcendum , sic nec molitie blandiendum erit spuriorum physiophilorum , ludere in re seria cupientium , qui nugari non philosophari ament , ideoque faciles doctrinæ accurata supellestile compendium laboris redimere vellent , huius nempe terminandi , quam operis persiciendi , curiosiores .

Patere sic existimem , nec vanum dici posse , nec obiecti naturæ contrarium consilium , in quo spem maximam successus colloco , hoc nempe , ut caute statutarum legum moderamini universum opus submittatur .

Consilii nunc exequendi primarium instrumentum *pertica* constituet , qua in commetiendis operum naturæ organicorum similitudinibus tuto ubique uti liceat .

Quem itaque in finem concessarum ipsis dotium potius quodque genus præcursoria consideratione perstringi et re crit .

Mixtionis in regno naturæ inorganico latius patens dominium non æque viget in regni organici ditione ; Quin eius hic momentum fabricæ virtute mire vincitur . Sunt quidem aliqua , quæ mixtionis in hoc regno pondus utcumque sustinere videantur : Nimirum elementa quædam , non ita æquabiliter in regno inorganico naturæ distributa , communia omnibus deprehenduntur organicis corporibus , exemplo phlogisti , fixi dicti aëris , glutinis . Sunt & , quæ aliis aliisque organici regni classibus præ aliis competent , quo terram referas calcaream phosphoricæ acido imbutam , calido sanguine prædictis animalibus maxime familiarem . Notumque est , plantarum aliis aliisque familiis spiritus , salis , alcalini , fixi , volatilis , acidi , medi , sacchari , pigmenti , amyli , gummosi , resinosi , oleosi principii copiam præ reliquis factam esse . Neque tamen ex his corporum

porum dictorum tuto ubique repetieris assinitates, cum aliquando tali dote congruant, q & reliquo ingenio dissident, aliquando proxime vicina mixtionis distent indole; Præcipue, cum cœlum, natale solum alimenta, alia ejusmodi momenta, quam plurimum hue valeant, ut adeo experimen- to comprobatum sit, plantas aliâs multo sale fetas ejus elementi prorsus expertes è terra prodiisse probe elixivata f). Patet, in eruendis corporum organicorum necessitudinibus faci præferenda minus, quam alibi, idoneum chemice lu- men fore. Neque tamen ideo quæunque plane negligenda fuerit, utut constantior atque distinctior, mixtionis ra- tio, cum utique ex operum naturæ organicorum pensis hoc sit, ut materiæ telluris partem primo modo tractent, ela- borent, mutent.

Pensis universe suis quodcunque operum naturæ orga- nicorum adhibetur, quum lex varietatis in hoc naturæ regno vel magis, quam in altero, conspicua utilitatis legi hic æque subdit. Sed ut dictorum operum naturæ unum- quodque suis muniis adstringitur, sic singula instrumentorum apparatu gaudent, quo iis obeundis sufficiant.

Quodcunque itaque organicum naturæ opus seu *auto- maton* spectandum erit, prescriptis sibi operis præstandis par- creatum, singulæque eius partes instrumenta constituent, quæ suas symbolas ad sustinendam conferant provinciam.

Mutua pensorum & instrumentorum ratio horum di- gnitates ex illorum gravitate æstimare docet, ita quidem, ut, quo momentosiori penso instrumentum aliquod inser- viat, eo majoris ipsum habeatur.

Neque

f) Memoire sur la formation du Salpêtre &c. par Mr. Cornet- te. Paris 1729. 8.

Neque adeo in supputandis operum naturæ organico- rum infinitatibus eorum saltem partes, omnes quidem & singulas, verum & partium quæunque ministeria consu- lere oportet, quod utique laboris aliquanto plus facessit. Sed suum quoque huic labori lautijs praefixum præmium: Con- fidentius ex tot suffragiis collatis indicium elicetur; Et in ipso opere quam dulce, ejus processu sic simul in amenissimum deferri teleologij campum, quum leclissimorum me- diorum ad fines optimos aptissima collineatio oculos unde- quaque feriat, sapientissimæque omnium coordinationis con- suetudo palpandam neque longo demum ratiocinio peten- dam præbeat divini operis sublimitatem, rectaque via sic à re creata ad Creatorem mentem erigat g).

Quo potiori penso instrumentum quodque famuletur, eo ipsum potius habendum esse, judicatum fuit. Sed nec expeditissima ubique pensorum æstimatio, nec instrumen- torum ratio ad pensa, quibus famulentur, satis ubique manifesta est.

Mirifice investigationem horum momentorum adjuvat objecti sedula cum aliis ad judicandam partem comparatio, qua *æstimationis* eius exploretur *constantia*. Quodsi enim talis partis eadem conditio per plurimum, congenerum in primis corporum, non interruptam seriem perpetuo recurrat, ar- gumento erit, haud vilipendendam esse ejus momenti au- thoritatem, si contra multivaria, nec constans, deprehen- sa fuerit, valoris inde vis frangetur. Unde intelligitur,

B 2

qui

g) Juvat & meminisse, summum virum Lambert, Beroli- nensem olim Pantometram consummatissimum, periclitandi talis naturæ systematis consilium, de quo cius aliquando ro- gaveram sententiam, hoc ipso titulo magnopere probasse, quod dudum ipsi fuerit in votis, ut in naturæ systema- tibus & teleologicæ haberetur ratio.

qui fiat, ut quædam nota alio in genere gravissimæ parum subiude valeant in alio. Sic, in exemplo, unguium tam obtusorum & complanatorum, tum quoque acutorum, compressorum, aduncorum obtinent in pithecino genere specimen, dum retrahit alium uncorum perpetuam conformitatem felinum genus tueatur. Et manifeste potioris usus fui feli unci sunt, quam unguis sui simiis.

Pronum est ex his colligere, æsimandarum animalium similitudinum difficile quidem opus multum tamen multis propositorum adminiculorum ministeriis iuvari, illustrari, rectificari, atque confirmari.

Organicorum operum naturæ ea, quæ sensu pollent atque motu voluntario, *animalium* nomine nota sunt.

Quæ his cum plantis pensa sunt communia, ab ipsis tamen non plantarum more peraguntur, cum istorum etiam pensorum rationes ad reliquum flecantur œconomia animalis ingenium.

Itaque nec quoad hæc momenta eandem adhibere perticam fas fuerit, quæ apta visa sit plantarum similitudinibus commetiendis. Sic sexuale verbi causa vegetabilium systema si solis artificialis methodi cuiusque defestibus labore, animalium contra sexuale systema naturæ pariter ac moribus repugnatum esset h).

In

b) Sexualis plantarum systematis magnus Auctor huius studio abreptus plus etiam virtutis, quam natura serat, eodem a momento in animalium republica subexpectasse videtur, quamquam morati viri prudens verecundia periclitanda talis via consilium reprimeret. Systematis naturæ Tom. I. Hælm. 1766. 8. p. 23. hæc habet: "Genitalium

In animalis machinæ œconomia præcipue illius apparatus partes sunt, qui *sanguinis* *nervarum* atque *circulum* specat: Præcipitalis nempe ac universalis huius laticis ingenuum quam plurimum in omnem valet fluidam firmamque reliqui corporis partem.

Dicti apparatus itaque conditio primariam considerationem sibi vindicabit in animalium collatione.

Sanguis aliis animalibus *ruber* & *aurito corde* movetur, paler aliis, quibus *nec auritum cor* est. Quin horum aliqua innoverunt, quibus verum cor negare adhuc videatur observatio.

Quæ rubrum vehunt sanguinem aurito corde prædicta animalia & aliis quibusdam dotibus insigniuntur: Horum nempe apparatu sanguineo adiecta matuoque nexu subadscita respirationis priva quædam instrumenta sunt. Præcipueque memorandum est momentum, tum firmitati corporis, tum universæ conformatiois habitudini inde accedens, quod mollieribus dictorum animalium partibus, seu ædificio subiecta contignatio, compages substernatur ossa; Quæ quidem ossa compages quod hisce solis sit concessa animalibus, & observatis apprime respondet Physiologorum, qui ossum e rubris vasis generationem adstruxerunt i).

B 3

Præ-

taliū curiosior indagatio abominabilis dispicit, quamvis varia & singulare Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, cui tamen posset ad ordines naturales vium monstrare.,, Et passim quoque alibi Linnæus naturalem generum quorundam viciniam docturus ad genitalium conformatatem, principalis argumenti titulo, recurrat.

i) Mem. sur la formation des os par Mr. A. de Haller. Laus. 1757. 8. Med. and. philos. Comment. by a Soc. in Edinburg Vol. 5. Lond. 1778. 8.

Præterea & visa fuerit natus digna, quam fluidarum &que partium : c solidarum omnis & fabrica & materies significat, ingenii discrepantia ab utrarumque partium in animalibus albido sanguine utentibus indole.

Interest hic discrimen manifestum animalium, antiquus perspectum fuit, quum animalium sanguineorum & exanguium divisionem primi rerum naturalium scriptores proposuerint. Quorum etiam cum maxime vestigiis insisterre natura duce licebit. Sic animalium respublica in *duo agmina* secedit.

Primum agmen est animalium rubrum sanguinem aurito corde moventium, respirantium; ossea compage molioribus partibus subiecta preditorum. Quæ itaque a rubro sanguine denominari brevitatis studio possunt, ut *rubriflanguia*, vel, strictiori vocis usu adnotato, cum veteribus *sanguinea* dicuntur (*rot-blütige Tiere*).

Iterum sanguivehi apparatus novi quidam modi notabilibus & aliis stipati dotibus divisionem huius agminis præcipiunt, quum alia rubrisanguium animalium sanguinem medio, in quo vivunt, calidorem, corde gemino, sua vtroque auricula prædicto propellant *k*), alia sanguinem ve-

hant

-
- k*) Considerate posui cor geminum discretasque utriusque cordis auriculas, ne testudinum atque crocodili exempla, quibus cor est subbiloculare & subbiloba auricula, obesse viderentur; horum enim animalium & cordis loculo utrique, utriusque & auriculae lobo communis est capacitas, neque sic, ut sit in animalibus calidis, his quoque interiecti veri disceptimenti ope in quavis cavea seorsim sanguis servatur. Sit aliquando, ut primo noue atque incompleta observationis intuitu priora omnia subversa & collapsa videantur,

hant calore medium non superantem, in quo vivunt, nec nisi unico corde gaudent, nec pluribus discretis auriculis prædicto.

Priora quidem in eo porro convenient, quod humidi vaporem perpetuo exhalent; Binis præterea artuum paribus gaudent, quamvis hoc ipsis ita proprium non sit, quin & atibi animalium quatuor artibus præditorum quedam specimina occurrant. Solent & primæ aciei animalia ossium firmitate ea vincere, quæ altera acies complectitur.

Prima itaque *acies animalia* habet calido sanguine, corde gemino, discreta utriusque cordis auricula, binis artuum paribus, humore perspirabili, ac ossibus præfirmis gaudentia. Possuntque hæc, maiorum quoque ad exemplum, *calida* vocari *animalia (warmblütige Tiere)*.

Ex indicatis animalis fabricæ momentis iam intelliguntur varietas notabilis, quamvis adhuc generaloris saltem attingatur *economia* apparatus, multimode porro elaborandus & ad singulorum munia peculiaria definituunque vitæ genus magis magisque accommodandus.

Calidorum animalium ulterior *economia* his apparatus sui modis mox ad duplex vitæ genus divergit.

Sic acies hæc animalia vestitu, oris, artuumque conformatione, atque propagationis ratione profest distinctissima.

Nimirum alia piliferis integumentis, testis his maxillis offeis, dentiferis plerumque, artibusque sibi subsimilibus

antur, cum plenius perspecta obseruatio priora definire saltem cautius nos doceat. Solide, ut solet, mota circa hoc momentum dubia ex partium dictarum functione soluit Hallerus (El. Ph. T. I. L. 18. p. 300.).

bus prædicta sunt; His maturi fetus nudi in lucem eduntur, lactiferis matrum mammis entriendi; Alia contra plumis vestiuntur, rostrum maxillis nudis corneis factum, artusque adeo diversos habent, ut nomine etiam inter omnes distinguantur, anterioribus alis dictis, posterioribus foliis pedum nomen tuentibus; Nec his, nisi rudimenta fetus, calcareo putamine comprehensa, ova nempe procreantur, unde exclusi apto tempore pulli nullis porro matris cibariis instrumentis ipsis discatis educantur. His & aëris peculiaria quædam receptacula præter pulmones data sunt: Quibus omnibus volatus, horum animalium prærogativa, promovetur.

Mammalium & avium manifestum adeo discrimen duas calidorum animalium classes constituit.

Stabilita dotibus expositis *mammalium classis* propiori considerationi novam varietatem offert.

Sedes nimirum hisce animalibus non eadem omnibus facta est: Maxima quidem eorum pars in terra potius vitam agit, quam in aquis, quibusdam tamen aquam magis, quam terram, habitantibus, aliquibus & æquori perpetuo commissis.

Triplici itaque vitae generi haud parcior respondet fabricæ mammalium varietas:

Terrena quidem artuum absolutissima fabrica eminent, qui, ab exortu liberi, commodeque trunco necti, multiplici & artificiosissimo perficiendo motui aptati sunt;

Aquatili magis quam *terrestri* vita deditis minus in artibus habilitatis est, cum integumentis trunci ultra medietatem includantur, postremque præcipue artus ad imum ventrem revin-

revincti, qua parte demum solutores prodeunt, apices porrigit ad incessum minus idoneos, ad remigandum contra magis adaptatos, complanatos, expansosque. Corpus præterea circa pectus ampliatum, hinc magis magisque extenuatum, sic quoque piscium quandam habitudinem induit.

Magis etiam à deprehensa in terrestribus mammalibus perfectione artuum ea distant, quæ *perpetuo in aqua* degunt: Anteriores horum artus potiore parte intra integumenta deliteſcent, exertoque apice in pinnarum modum efformantur, postremi abdita portione retrorsum tracti porreſcis finibus horizontali caudam referunt; Reliqui etiam corporis facies ad piscium externam speciem quodammodo accedit, ut pisces adeo vocare *vulgaris* hæc consueverit mammalia.

Atque sic mammalium classis in tres secedit phalanges; Quibus siquidem a nota principali ponere nome licuerit, prima erit *pedatorum* per excellentiam sic dicendorum ¹⁾ (*Saugtiere mit vollständigen Gliedmaßen*), *pinnipedum* altera, (*Saugtiere mit halbfinnigen Gliedmaßen*), *tertia pinnatorum* (*Saugtiere mit Finnen.*) ²⁾.

Mam-

1) Pedatus sic antiquis etiam autoribus idem est, ac plurimum pedibus valens.

2) Pedatorum mammalium a pinnipedibus atque pinnatis removendorum argumenta bene quoque sensisse videtur Celsus Blumenbach (*Handbuch der Natur-Geschichte. Götting. 1779. §. 21. S. 58.*), palmatorum autem ipsi placitus ordo minus commode recipere videtur animalia pedata quædam, lacustris palmata laudato viro dicta, quum idem aliquando genus capiat mammalia digitis discretae prædicta, atque alia,

C



Mammalia pedata & artuum & reliqui corporis praegantia præ reliquis dotata supremum animalis perfectionis fastigium sustinent.

Neque vero haec tenus expositis momentis ita exhausti sunt omnes fabricæ eorum modi, omnisque horum texus vitæ generis varietas, ut nullis porro locus sit ulterioribus modificationibus, quas vitæ genus tulerit subinde magis magisque definitum. Quin ipsa artuum conformatio novo crescentis varietatis mox exemplo est: Extremi pedatorum mammalium artus *corneis* quibusdam muniuntur *limini*, quæ prouti in scutuli uncive incumbentis, vel undequaque circumjecti calceoli formentur modum, plus minus favent, obsunt partium earum expedito, apto, validove motui. Respondet autem reliquo vitæ generi hæc quoque artuum fabrica. Neque adeo repudianda erat dudum adnotataⁿ) unguiculatorum ungulatormque animalium discrepantia, quæ quippe dignoscendis probe inserviat phalangis huius ambis cohortibus: *Prima sic unguiculatorum* cohors est, superimpositis, nec circumjectis corneis istis munimentis ad artus extimos armata; *Altera ungulatorm*, quæ velamento tali corneo obductos atque circumscriptos prodit artuum apices. Frequenti quoque aliarum dotium discrimine cohortis utriusque confirmatur naturale discidium, crebrisque posthac elucescat speciminibus, in pluribus & aliis momentis utriusque divergere æconomiam.

Et

alia, quorum digitæ membrana natatoria cohærent; Nec forma, neque artuum habilitate ita hæc lacustria palmata recedunt a pedatis, ut eundem cum marinis in ordinem detrudi mercantur.

¶) *Synopsis methodica animalium quadrupedum & serpentini generis. Auct. J. Raio. Lond. 1693. 8. p. 56.*



Et *vittus* in æconomia animalium insignis est momentum; Quo quidem in qua rendo atque comparando ut multum præstat artuum ministerium, tum instrumentorum motus, tum fulcrorum, armorum, lingularumque titulis, sic proprius tamen famulantur ea instrumenta, quæ excipiendo, dividendo, & coquendo cibo inserviunt. *Manductionis* & digestionis organa mire & invicem & cum nutrimento congruant, quod animalium cuique sit expensum. Oris itaque & ventriculi omnino erit ratio habenda ipsorum in metandis similitudinibus.

Ventriculus mammalibus plerisque simplex est, aliquibus hinc illinc quidem angustatus rursumque ampliatus, sic quasi subdivisus, aliquando cæcis etiam appendicibus auctus. Vniverse quo pauperius obtigit mammalibus nutrimentum, hoc fere ampliores ipsis esse solent primæ, viæ. *Vngulatorm* quidam ordo, ruminantium nomine notus, quadrigeminum obtinuit ventriculum, ex quatuor minoribus ventriculis distincta, fabrica, propriisque ostiis singulis præditis, compositum o). His manductionis quoque officina peculiari modo constituta observatur.

Oris tum ad speciem externam, tum ad rictus amplitudinem, tum ad palati atque linguæ fabricam multiplex quidem est varietas, neque tamen hæcce ad momenta vel in congeneribus ubique satis sibi constat conformatiois modus, nec in universum æque ac in antedictis dotibus hic quoque tenor quidam æquabilis servari observatur.

C 2

Plus

o) Accuratissimi Daubentonii descriptionem audeat (*Hist. nat. gen. & part. du cab. du Roi. T. 13. Par. 4.*), cuinon perspectum satis fuerit, quam longe *Bradypus*, ad ventriculi fabricam nimis aliquando ruminantibus æquiparatus, a genuina horum animalium similitudine remous sit.

Plus contra firmitatis in *maxillarum* deprehenditur conditione, quæ licet singularibus quibusdam in exemplis uniformi tramiti subducere se aliquando videatur, ex potiore tamen parte admodum religiose certi cuiusdam modi se adstringit legibus. Plerisque brutis animalibus maxilla longiores esse solent & antrorsum productiores, quam homini eoque fere magis, quo minus palmis uti possunt ad cibum ingerendum. Inferior maxilla præ superiori mobilis mammalibus omnibus est, nec tamen ipsis solis.

In maxillarum contemplatione præcipue *dentium* ratio habenda est, quorum triplex genus distinguitur, primores nempe, *angularer*, & *postremi*; Præterea & accessorii vel sacercenturiati quidam dentes aliquando observantur, breviusculi, ante postremos collocati, ad hos utcunque referendi, si proprii generis loco non satis digni videantur.

Dentum in characteribus mammalium stabiendi virtus multum vexata fuit inter Zoologos. Non potuit non invitare ad utilitatem huius signi agnoscendam manifesta ejus in potiori mammalium parte constantia; Obstare autem visa fuit animalium quorundam eodem in momento inexeuabilis anomalia. Nec iam de *singularibus* exemplis *præternaturalis* a consueto tramite naturæ aberrationis sermo est, cuiusmodi haud infrequentia omnino documenta prostant. Exceptionum à vulgari modo etiam secundum naturam obtinentium genuina omnino prostant specimen; monendum tamen, nonnisi pauca caque aliunde satis denotata animalia a lege ceterum communi subexempta deprehendi. Itaque candide ediscerendum, validum quidem, ex indicatis atque porro confirmandis argumentis, signum, à manductionis instrumentis repetitum, secundum utique habendum esse iis, quæ hactenus & loco quidem ea propter etiam superiori sunt proposta, prævalere autem signis reliquis posthac afferendis, nec ipsis tamen sua virtute destitutis.

Peda-

Pedatotum mammalium utraque cohors, siquidem instrumentorum manductionis habeatur ratio, ad hoc momentum triplicem varietatem offert, unde tot utrique ordines subjiciuntur.

Primus nunc unguiculatorum *ordo* ea de cohorte animalia feligit, quæ manductionis apparatu instructissimo ac perfectissimo eminent. Mox hominis maxillas ad examen adhibentes utramque dentium primbrum, angularium, postremorumque omni genere offendimus instructam, miramurque dentium utrinque seriem tam concinne dispositam, ut acie continua nulloque violata intervallo aptissime sibi ambæ respondeant p). Satisque similem conditionem reliquorum hujus ordinis animalium manductatoria officina prodit, si generaliorem modum intueamur, quamvis modi eius latitudo quædam ex scrupuloso singularem examine subrutilet q). *Primate* nomen primo ordini mammalium

C 3

Lin-

p) Admirandam huius fabricæ præstantiam ab omni tempore agnoverunt Physiologi, ut & inde argumentum repetierit Galenus (*Περὶ Χρέων τῶν ἐνθεόπτες σώματος οὐρών* Βιβλ. λόγος IA. p. 241. Par. 1543. fol.) confutandorum naturæ calumniatorum, qui temero atumorum concursui hoc naturæ opus tribuere voluissent.

q) Mox in humano genere dentium aliqua diversitas excutienda venit. Horum quidem numerus in universo genere sic sibi constat, ut ejus vel excessuum vel & defectuum vix alia exempla prostant, quam solitaria quædam, huc minime trahenda, sed lusum, ut supra dictum fuit, errorumque naturæ loco habenda. At forma alias præ numero constantier, hic fluxa aliquantum & subinde à rectissimi modi norma declinans perhibetur. Nec in argumentum soli Patagonii ducantur, quibus latitudi- ne

næ iam auctoritate conciliatum huic meæ methodi mammalium primo æque ordini servare nullus dubito, quum eodem

ne abnormes dentes tribuuntur, Aethiopesve exacutis sibi dentibus placentes, vel angustis, prælongis, minusque arte approximatis dentibus deformes Tatari, vel Terræ Ignis miseri incolæ, exilibus, distantibus, fœdisque laborantes dentibus, vel Malayenses gentes, quibus antorsum proclinati dentes adscribuntur; Cujusmodi & aliae auctoribus passim memorantur dentarii apparatus anomaliæ; Quas tamen omnes viximus variorum populorum variis & mandendi moris vel adsuerti cuiuscunq; alieni maxillæ motus, vel instrumentorum adeo applicatorum violentiis potissimum produci, multa suadent: Et enim, si consulamus, quæ de populis, ejusmodi dentium vitiis potius, quam degenerationibus obnoxiiis, relata legimus, in plerosque horum una allatarum conditio- num, vel altera, vel & plures simul cadunt; Ut adeo na- ture imputare volubilitati ejusmodi abnormalitates æque minus, ac nigrorem dentium Indorum, liceat, quem hos contrahere abusu masticationis foliorum piperis Berle, sa- tis notum est. Verum enigmior forte a vulgari modo declinatio habenda videatur dentium primorum ad postre- morum habitudinem accedens conformatio, quam integris adeo populis familiarem celebrant auctores sive haud indigni: Primo abnormalitatis huius memoriam injici Nicolo Fontano puto, qui observationum variarum analectis (Amstel. 1641. 4) descriptionem craniis inseruit, cuius cuncti dentes molaribus similes facti sunt. Pleniorum similis in integro populo adnotatae dentium deformitatis notitiam suppeditant Commentarii Ac. sc. Par. A. 1722. quo loco observationem celebris quondam nostratis medici V. H. Riecke, cum descriptione cranii incolæ Canum In- sulæ a laudato viro inde allati, idoneus testis Winslow exhibet, ad partem hoc spectantem his verbis usus:

“ Les

dem primi loci titulo denominatione ista utar, majorem li- cet animalium numerum huic ordini adisci prolatæ meæ me-

“ Les os maxillaires ont beaucoup de faille sur le de- vant sous les narines, à peu près comme dans le singe. Les branches montantes de la mâchoire inférieure sont très larges, mais basses à proportion. La circonférence du bord alveolaire de la mâchoire inférieure se retrécit vers le devant, & ne répond pas tout à fait à celle de la mâchoire supérieure, qui va plus en arcade. Les dents incisives inférieures sont fort étroites, au lieu que les supérieures sont larges. Les unes & les autres sont courtes; elles sont larges de devant en arrière & plates, au lieu d'être tranchantes, & ressemblent plus à des dents mo- laires, qu'à des incisives. „ Mutuam cum hoc exemplo lucem sœnari possit videatur aliud, Cel. Blumenbach in aupera de mumiis dissertatione (Götting. Magazin I. Jahrgangs I. Heft. Gott. 1780. S. 109. ff.) consignatum, his verbiis: “ Der gegenwärtige Auffzæß ist durch einen sehr vollständigen gut erhaltenen Mumienkopf veranlaßt worden, der vor ei- nigen Tagen in meine Sammlung gekommen ist, und an wel- chem ich einen wunderbaren Umstand bestätigt finde, den ich schon ehedem an einem Bruchstück bemerkte, aber damals nur für eine Monstrosität gehalten und nicht weiter drauf geachtet hatte, daß nemlich die Vorderzähne dieser Mumie im Ober- und Unterkiefer nicht meiselartig in einen schneidendem dünnen Rand zulaufen, sondern wie kurze abgeflüpfte Kegel gebil- det sind, und oben wie die Backzähne eine flache Krone haben, die Eckzähne aber nicht, wie gewöhnlich, zugespitzt, sondern oben so breit und flach sind, daß man sie bloß durch ihre Lage von den benachbarten Backzähnen unterscheiden kan. So auffal- lend diese osteologische Abweichung scheint, so ist sie doch von den bisherigen Mumienbeschreibern übersehen worden: nur den geleh-

methodi leges præcipiant. Pleraque hujus ordinis animalia sunt carnivora, vel omnivora, aliquibus in usum quoque ce-

gelehrten und scharffinnigen Middleton (Middleton's miscell. Works. Vol. IV. p. 170.) ausgenommen, der sie an der Cambridger Mumie als etwas ganz prodigiefer angemerkt, aber auch nicht vermutet hat, daß das eine Eigenschaft der Mumien seye, wenigliens mehrere es mit einander gemein haben könnten. „ His meum duxi adiici, quæ observare licuit in mumia probe conservata musei ducalis Würtembergici Stuttgartiani, testibus & observationis sociis adhibitis Viris celeberrimis, antistite musei Dn. Prof. Vischer & Dn. Secr. Gross. Ex rarioribus iunioris needum adulti hominis mumiis conditum cadaver est, quod in Stuttgartiano museo adservatur; Vix enim quartum pedem statura superat, respondentे huic mensuræ cunctarum partium proportione, nec dentium numero in integerrimis maxillis conspicuorum 28 excedente. Huius quidem mumia non ut in ante dictis speciminiis se habent dentes: Superioris maxillæ primores oppositis maiores & convexiores sunt, eorumque ambo medii proximis ampliores, latiores, inferioris maxillæ primores exiliores, consimiles æqualesque, & in his satis quidem omnes ad nostrorum modum conformantur. Integrum quoque & ad marginem notabiliter attenuatam aciem primores omnes offerrunt. Occurrit tamen aliud momentum opportune adhibendum explicandæ dentium primorum obturcationi, quam in exemplis hominum ætate proiectiorum deprehensam unice fuisse, sciām: Quum enim cuneatæ dentium primorum formæ modus inter nos vulgaris sit, ut dens postica parte, qua ab acie ad radicem pergit, crassitie paulatino incremento in planum inclinatum abeat, quod maxime in

summa

cedit vistus vegetabilis, sed fructuum maxime & universæ partium plantarum probe nutrientium.

Secun-

summa parte prope radicem elevatur, primores contra munia Stuttgarianæ postica parte, qua aliquod in nostris dentibus crassitie incrementum primum conspicuum esse incipit, gibbum exhibit notabilem a portione dentis attenuata & in aciem desinente sulci ope transversi distinctum, nec iugiter in istam partem continuatum paulatim ve deliquescentem, ut inde concludendum sit, infirmiorum talium dentium aciem facilis hebetari & obliterari posse, reliqua demum gibbosa saltem portione, sic quidem aliquam omnino induente cum postremis dentibus similitudinem. Nec fabriæ hæc diversas argumento tollitur, quod in Europæorum quoque dentibus primoribus, ad crassitatem partem sulcis subinde exaratis, sic colliculos ibi quosdam offerentibus, subsimilis aliquando locum habeat conditio, quum nec in his exemplis unquam paulatinum plane desideretur crassitie incrementum, nec huiuscmodi dentes integris inter nos communes gentibus reperiantur. Angulares dentes, quantum cernere licuit per crustam condimenti postremam horum faciem præcipue oblinientis, conformes nostris apparuerunt. Quidquid demum ex tam modica prostantium adhuc observationum penu colligere possum, dictis dentium disformitatibus, vt in inter totas gentes vulgarissimis vel certe litius patentibus, id nondum effici videtur, vi perturbatus inde subversusve fit habendus humano generi concessus ad hoc momentum certius modus. Nimium quidem ducerem, expositorum dentium disformatum omnem causam in decre-

men-



Secundus Vnguiculatorum ordo dentaria officina distinguatur ad rodendum tam exquisite adaptata, ut roforum nomine

mentum devolui attritis per quotidianum usum dentibus illatum; Neque persuaserim mihi, vel tantum vel tam statis definitum gradibus hoc decrementum esse, quam recentissimus auctor proposuit (G. Prochaska Adnotationum academicarum fasciculus. Pragæ. 1780. 8. c. f.), & hominis artes, ut fere sit in equis, ex decremente dentium aestimaturus. Largior quoque, mumie Stuttgartiane reliquias quidem, nec tamen satis rectam, conditionem in generatum vitium innuere, quod tamen noxio Aegyptiorum quadam more primum contractum, longoque usum demum ita confirmatum iudico, ut parte aliqua in sobolem potuerit perpetuari. Monet & memorata Rieckiana obseruatio de ratione dentium deformitatis ibi indicate ad vescendi morem isti genti usitatum, & Blumenbachiana dissertatio plura argumenta cumulat, ex quibus veterum Egyptiorum dentibus illata aliena forma intelligatur; Quot enim patent rerum exteriarum in hominem eiusque partes singulas agendi potestates! Nec violentæ adeo instrumentorum applicationis nulla fuerit suspicio, quum constet, varia inter alios aliasque populos aliis aliquis temporibus sinistra huiuscmodi invaluisse artificia. Sic supra exacuendorum dentium in Ethiopia vulgatum morem attigi, limæ autem ope Indiae quosdam populos in serræ modum apicare dentes, Hieronymus Cardanus auctor est (Opp. T. III. de subtilitate L. 12. p. 559. Lugd. 1663. fol.); Et, si fides sit habenda Jul. Cæs. Scaligero (Exotericarum Exercitationum L. XV. de subtilitate ad Hier. Cardanum. Exerc. 271. fol. 342. b. Lutet. 1557. 4.), in Tendaia insula iuuenes secari sibi dentes iubent, ad radices usque; Hoc enim, aiunt, modo firmiores atque densiores euadere, ut decacuminatae arbores crassescunt. Sed ultra, quame-

rat



mine hunc ordinem signaro usum fuerit. Ad scindendum facti primores dentes plus minus cultrati, aliquando cre-

D 2

nu-

rat animus, his immoratum me fuisse, sero video. Vix uno altero verbulo absolvere licebit, quæ de admittenda reliquorum ordini primatum adscriptorum animalium, dentario in apparatu, modi quadam latitudine monenda supersunt: Longiores universe & incurvi dentes angularares bestiarum huius ordinis praे dentibus hominis angularibus offenduntur; Unde & laniarii audire solent dentes, quos præente Winslow (Exposition anatomique T. I. Par. 1766. 8. p. 115.) & ad exemplum vernaculae vocis (*kkzaene*) angularares dixi, quod iste situs in anteriori maxilla utriusque angulo sola nota sit his dentibus perpetuo communis, nec ubique forma neque laniarii officium singulis in animalibus satis consentiant. Indivulsa dentium series in perfectissimo ordinis exemplo homine obtinens non adeo in proximo simii genere se sustinet, cui os intermaxillare & brutis reliquis mammalibus plerisque datum, quod primores recipit superiores, tam prominulum additum est, ut leve quidem intervallum declinari vix potuerit, percommode autem angularis quisque dens superior ab extimo primore removeatur aliquantum, dum contra inferior, ne isti obsit, relicto postremorum primo tantundem ad primores promovetur. Ceterum in hoc genere perpetuo sibi constat memorata fabrica. Et in aliis quoque bestiarum ordini primatum adscriptarum generibus angularium dentium longitudo, ne occursantes sibi isti dentes obessent, interuallum aliquod poposcit. Phalanger, generi Didelphidis quam proxime vicinus, dentium tamen fabrica alienus deprehenditur, quin ad rosorum modum aliquantum declinabundus; Primorum quidem numero roses vincit, habita nempe superiorum ratione, quorum & fabrica a dentibus rosorum valde abudit; Superne e-

nim

nulati & plerumque subarcurati esse solent; Fabrica hæc cum defectu dentium angularium egregie conspirat ad augendam oris capacitem, pro commodius conficienda esca hisce animalibus familiari; Sic enim nucleos globosos atque teretes radices & arbores trunco ramosque inter rodendum perapte comprehendunt. Postremorum dentium numerus in his, ut in plerisque reliquis mammalibus, ad generis vel speciei etiam conditionem, alias aliisque deprehenditur, & accessoriis nonnunquam austus. Primores in plerisque rotiforibus cuique maxillæ bini sunt, duplicata autem superi in Lepore, quaterni in Pro-cavia occurunt inferi.

Tertius

nim dicto animali octo primores tribuuntur, quorum & ambo medii & extimi maxime acutiores atque longiores sint, quam reliqui. Extimi tum forma, tum sede maxime, angulares potius habendi videantur. Neque tamen omnis sic anomalia tollitur, nam utrinque a postremis, intericto aliquo discrimine, reliqui dentes distant. Praecipue autem inferi dentes legumalias in ordine primatum obtinentium vigoris subducunt. Bini enim saltet primores, in cochlearculi modum terminati, nullisque angularibus sti-
pati, obseruantur. Enormem demum intra suum genus varietatem, ad primorum dentium numerum, vespertiliones exhibent, forte tamen & maiorem visam, quam revera est, quum horum animalium primores exilissimi tum fragilitate sua iacturis valde sint obnoxii, tum sordibus, quibus inquinari solet, obscurati, vel ubi adsint, observationem facile elabuntur. Circa hæc autem singula momenta iterum monendum est, quod supra dictum fuit, comprobaram in potiori animalium parte signi alicuius stabilitatem sua virtute non omnino exui paucis subinde interciduis eclipsibus.

Tertius unguiculatorum ordo manca dentarii apparatus conditione agnoscitur. Unde mutuos hos compellavi. Alia enim hujus ordinis animalia dentibus prorsus carent, alia postremis saltet gaudent, & in solitario genere præter postremos dens anomalous, angularis instar haberi solitus, postremis tamen forma subanalogus, utrinque unus ambabus in maxillis deprehenditur.

Ungulorum animalium cohorti tres æque ordines subesse, præ significatum fuit.

Primus nunc horum *ordinum* cum primo unguiculatorum ordine commune habet, quod dentium omni genere ambæ maxillæ polleant. Hic vero totus ordo non nisi unicum hactenus, nec ulli reliquorum animalium ad fine, *equinum genus* capit, cui & peculiaris unguicularum fabrica concessa est, quippe simplicum, nec reliquorum more, fissarum, unde & solidungula hæc animalia antiquitus dicta sunt. *Jumentorum* nomen ordini, qui equum recipit, Linnæi olim r) inditum auctoritate, conservari etiamnum posse visum fuit. Alibili penu scatentia, cerealium semina, herbasque varias jumentorum pabulum constituere, notissimum est.

Pecorum ordo, ungulorum alter, satis quoque conspicuo signatus est naturæ sigillo, cum maxillarum & ventriculi fabrica, & pabuli conficiendi modus alius hujus ordinis animalibus, quam cuique alii, obtrigerit; Unde & *ruminantium* nomine ab antiquissimis temporibus distingui conseruerunt. Neque enim utriusque *eadem conditio* maxilla deprehenditur: Inferior quidem maxilla dentium omni genere instructa, at pene mutica superior, offenditur, primoribus quippe destituta & fere angularibus, quum angularis vulgo habiti superioris maxillæ pecorum quorumdam den-

D 3



dentes succenturiatos potius referre videantur, soli demum postremi dentes in superiori pecorum maxilla sint perpetui. Buccæ contra villis duris, subulatis, confertis, dentibus quasi succedaneis, inuniuntur. Ventriculi quadrigemini hisce animalibus proprii antea mentio facta est, quo nunc vel magis patet pecora indiguisse, si manductionis instrumenta reputes, quibus pabulum ægrius, nec nisi repetitio labore subigatur, in se pauperius, quale herbæ largiuntur pecoribus in alimentum cedentes, quæ adeo nec nisi aucta copia sufficerint animalibus sustentandis statura nunquam exilissimis, plerisque contra admodum conspicuis.

Belluarum indicandus *ordo* supereft, *ungulatorum* animalium iis dicatus, quæ ad manductionis apparatus non tam perpetua circa genus dentium sibi aliud aliudque reservatum fabricæ conformitate, quam maxilloso ore, dentofisque maxillis agnoscuntur; Omnia enim hujus ordinis animalia prægrandes exhibent maxillas, dentibusque plurimum valentes, quum plerisque angulares dentes soleant in *arma* excrescere, extra os exserta, vel hiante saltem ore minitantia, feroque aspectu horrorem incutientia, in solitario autem *Hydrochæri* genere validorum dentium ingens numerus memorati dentofarum maxillarum characteris sustineat stabilitatem. Præterea & corpulentia insigni, immo, si a potiori parte fieri denominationem liceat, immani corporis mole eminent. Vixtu quidem vegetabili utuntur, at copioso, & qui nutriendi facultate maxime præpollet.

Vergente iam iam scala, dum in œconomia animalium investigandis modis ad humiliores gradus pergitur, vix porro dotium per universos æque ordines distributarum, suisque hos modorum vicissitudinibus magis magisque definitum, iuge recurrit spectaculum, quin singulatim potius iam quisque ordo, ad specialiorem suæ œconomiae rationem, varietatis sibi comparatae libramentum varia variarum



rum dotium persequitur modificatione. Neque adeo varietatis intra ordinem quemcunque porro occurrentis iam superputandas rationes licebit posthac parallelis æque ducere columnis, sed continuo sermone exponendum erit, quos quisque ordinum recensitorum inquilinos alat varietatis gradus notabiliores.

Primate ordo mox peculiarem artuum dissimilitatem exhibit: Aliis enim in manus efformantur *artus extimi*, remoto & præ reliquis digitis extensili pollice, aliis manuum subsidio orbatis, quibus ceteros ad digitos adpresso pollex est. Sic ordo hic in *mifsus binos* abit, *primum* quidem *manuatorum*, *emanuatorum* alterum.

Manuatorum denuo ad ipsum hoc momentum *trifaria* observatur diversitas, tot exprimenda *sektionibus*.

Prima sectio palmares habet, qui ad anteriores artus extimos, palmas dictos, manuati sunt, non item ad posteriores artus; Posteriorum artuum extremam partem palmis plantæ nomine opponi, inter Zoologos constat.

Secunda sectio palmoplantares recipit, quorum & palmæ manus referunt & plantæ.

Plantares, plantis quidem, neque vero palmis, manuati, *sektionem tertiam* stabilunt.

Palmarium unum Hominis genus est, quod nominasse hactenus sufficiat, cum ultra progredi instituti ratio prohibeat; Tractationem enim ad describenda numero genera animalium extendi, vel ineundis adeo immergi generis gradui secundis *familiarum*, *specierum*, *varietatum*, *luzuum*, ceterationibus, nec prodromi conditio, nec dissertationis academicæ cancelli tulerint.

Palmo



Palmoplantarum sectio genera complectitur *Simiae* s),
Prosimiae t), *Procebi* u), *Tarsi* x), *Lemuris* y).

Planta

- s) Simii genus in plura hodie discerpere plerique amant Zoologi, quanquam diversitas eiusmodi notarum, quæ ad generis discrimen statuendum sufficerent, doceri nequeat; familiarum autem in ditissimo genere agnoscendarum tum utilitatem, tum necessitatem, manifesto naturæ nutu satis censuerim significatam. Prolixius probanda supersedeo sententia, cum gravibus eandem causam argumentis egredit Jll. Schreber (*Saeugthiere Th. I.* S. 48. Erl. 1775. 4.)
- t) Prosimiae nomen a Cel. Brisson introductum iis adhibeo Lemurum alias vulgatori nomine signatis animalibus, quæ characterem generis revera sustinent, segregaturus ea, quæ dentium dilstent fabrica, in generum limitibus definiendis magni omnino facienda; Nec consanguineus huic generi Pennanti Lemur flavus videatur, quem alienum quoque iudicasse modo laudatum Schreber (l. c. p. 146) moneo, ne forte solus, nimiove ductus systematis amore, ita sentire videar. Commodius hanc bestiam censuerim ad tertiam referri emanuatorum sectionem, quorum sic novum indicaverit cum manuatis vinculum; Ita vero generis peculiaris dignitatem sibi vindicaverit.
- u) Procebi genus statuendum Lemur Catta Linn. postulare visus est, dentium quippe fabrica satis a prosimiis distinctus, & reliqua forma moribusque etiam ab iis non nihil recessens. Singulare animal, cuius plures nondum species noscuntur, genere secerni, nec arcessitum, neque nimis artificium iis videbitur, qui porro circumspicientes nullibi vel generum, ordinumve, vel classium adeo, imo & regnorum in naturæ imperio tam exæquatum deprehendant modum, ut



Plantarium sectioni duo genera subsunt: *Didelphis* & *Phalanger* z).

Ema-

ut specierum quidam numerus ad genus statuendum necessarius habendus esset. Luculentio tatis argumento sufficit humanum genus in species nequaquam dirimentum, vicinum tamen polymorpho pithecino generi, nec homogeneus iumentorum ordo iuxta pecorum ordinem generum feracissimum dignitate sua visus fuerit excidere, neque demum longe quidem angustior mammalium classis præ vermium insectorumve numerosa gente nulla habeatur.

- x) Vix alio in genere, quam eo, quod Lemuris signari nomine consuevit, tot animalia occurserunt, alienissima licet ingenio, scriptorum tamen arbitrio intrusa. Quod quidem novo mox specimine exemplum Tarsi confirmat (J. C. P. L. Eysenbe Syst. Regni Anim. p. 71. Le nur Tarsius. Lips. 1777. 8. 1), animalis tarsis elongatis, unde nomen sortitum est, facile agnosendi, nec tamen ea unice distincti nota, quam pro generis discriminē docendo neutiquam sufficere, paulatina longitudinis plantarum in genere rororum ordini subiecto obvia progressio commonstrat (P. S. Pallas Nova Species Quadrupodum o glirium ordine. Erl. 1778. 4. p. 88. & p. 276. Quo loco idem auctor Tarsium vocat Lemurem spectrum); Sed aliud & grave quidem discernendi Tarsi generis & dentium diversa fabrica accedit argumentum. Monendumque, dentes huius animalis, ex Oceani indici extremis insulis oriundi, Belgis nomine macassarico Podje dicti, exploratis pluribus specimenibus, paulo alteri, quam Jll. Daubenton enumerantur, describi Jll. Pallas (L. cit. p. 275.) "Primates nempe supra infraque tantum binos maiusculos, obtusos, hinc

Ca-

E

*Emanuatorum missus trifaria conditione metatarsorum
in re abit sectiones:*

Prostratis & ad humum in incessu applicatis metatarsis
prima / d. distinguitur, cui genera adscribo *Vespertilionis* a),
Soricis, *Talpae*, *Erinacei*, *Melis*, *Gulonis*, *Mellivoraæ* b), *U. p.*,
Nasuae

caninos primarios supra a primoribus, quibus vix ligiores,
remotos, infra magnos, primoribus approximatos,
tum laniarios secundarios minores ubique binos, quorum
supra anterioris minores.,,

- y) Lemurum nomen, in agilissima adhuc memorata animalcula nullo modo quadrans, aptius servari animali visum
fuit, Lemuris volantis nomine auctoribus plerisque ve-
nienti, peculiaris autem ubi vindicanti generis locum,
cuius characterem paucis at nervose reddidit Cel. Leske
(*Ausfangsgründe der Naturgesch. 1. Th. p. 121. Leipz.*
1779. 8.).
- z) Phalanger ad Didelphidis genus, orientalis addito cognomine, aliis relatus, (P. S. Pallas *Miscellan. Zoolog. Hig. Com.* 1766. 4. p. 59. Erxleben *Syst. R. A.* p. 79) ruminata (p. 27. f.) memorata dentium conditione singulari, tum & secundi plantæ digiti cum tertio coalitu prorsus peculia-
ri distinctissimus, genus sicut manifeste fatis discrepans,
quoniam non nihil anomalum.
- a) Vespertilionis genus auctoribus quibusdam, invita quidem
vixtra, in duo genera dicendum simplicitati sue naturali,
vi stricibus omnino fultus argumentis, Ill. Pallas reddidit
(*Soc. leg. Zoolog. fasc. III. p. 6. Berol.* 1767. 4.).
- b) Act. Holm. 1777. t. 4. f. 3,

Nasuae): Quorum quidem animalium a vita genere haud
alienum *nominorum* nomen videatur.

*S. Elio scunda metacarpis atque metatarsis praedita subelon-
gatis & arrectis, tellurem, cum incedit, non his, sed di-
gitorum saltem apicibus, attingit: Peculiariter unguium in-
tra hanc sectionem occidente discrepantia *binar* eius *pollici*-
rum stabiliuntur; Quarum *pri* fixis & patentibus distincta
ungibus, ad hoc momentum potiori unguiculatorum par-
ti similem se exhibet, tria complectens genera, quæ hæc
sunt: *P. oceon* a), *C. onus*, *H. yena*; Odoratu plurimum valen-
tes bestiæ *Olates* dici possint.*

E 2

Mo-

- c) Quod Viverris, nasuae & naricæ cognomine adiecto, Lin-
naeus maluit adscribere (Syll. nat. T. I. p. 64. 2. 3. Holm.
1766. 8.), urinigeris vicinæ restituendum animal, at
genere tamen, ut & Melem & Gulonem, ab Urso distin-
guendum esse, tum ex pluribus aliis argumentis, tum
ut axime ex dentium pedumque manifesta ad generaliorem
quidem modum cum urino genere convenientia, eorum-
dem tamen momentorum ad specialem modum sua sin-
gulis expensa discrepancia, legitime colligere mihi videor,
nec rationes ceterarum dotiorum obesse puto. Polliculus cer-
te putorius tum Nasuae, tum Melis adstruenda cum Vi-
verris consanguinitati (*Blumenbach Handbuch der Naturge-
schichte. S. 96. 97. Gölt.* 1779. 8.) nullus sufficit, cum nec
Viverris omnibus, nec solis competat (Affinitatum ani-
malium Tab. Præs. J. Herrmanno. Kosp. G. C. Wütz. Ar-
gent. 1777 4.).
- d) Multiplice cum aliis comparatione hoc quidem animal
obscuratum sapius quam illustratum fuit: Tum Prosimia,
tum Cani doribus quibusdam simile iudicat Illusterrimus
Comes de Buffon (*Hist. nat. gen. & part. T. VIII. le Raton.*),
qui

Mobilibus & retractilibus distincta unguibus altera
scissis, cui haniati, unci inde dicti, unguis sunt, *Felis* unum
genus

qui Melis quoque iunioris formam & staturam in eo deprehendit. Nec Jll. Daubenton (ib.) dissentit, qui præterea vulpini rostri urget similitudinem. Meli adeo congener idem fecit animal Anatomiae miscellaneæ auctor Major, qui folliculum ei putorum affinxit, ab aliis scriptoribus reiectum, donuo autem & geminum quidem propositum auctore Erxleben (l. c. p. 165.), cui visum, glandulas Daubentonio adnotatas, iuxta intestinum rectum litas, inque hoc intra anum amplio utrinque ostio hiantes in folliculos putorios transfigurare. Ad Ursum, nomine lotoris addito, Linnaeus retulit (Syst. Nat. T. I. p. 70.) ab ipso observatum descriptumque animal (*Der Königl. Schwed. Akad. d. Wiss. Abhandl. auf d. J. 1746. B. 9. S. 500 f.* Hamb. 1753.), sed gravia argumenta opposuit & ipse avtoptia Rölli (*Mem. de l'Acad. Roi. Ann. 1756. Berl. 1758. p. 149. f.*). Nasuæ ad fine idem animal in patria haberi, communè utriusque Coati nomen (J. de Lacovius novus orbis. Lugd. Bat. 1633. fol. p. 553. G. Marggravii de Liebstatt. Hist. rer. nat. Brasiliæ. Lugd. Bat. 1648. fol.) indicat. Diferimen data opera exposuit laudatus Buffon (l. c.), vixque alio, quam typographi, errore accidere potuit, ut Linneana huius bestiæ descriprio ad Nasuæ historiam in opere Buffoniano referretur. Cani, eiusve speciei, vulpi, analogum domestica quoque compellatio (G. Charleton exercitationes Oxon. 1677. fol. p. 15. M. Catesby nat. hist. of. Carolina &c. app. p. 29. Lond. 1731. fol.) pronuntiat, nec valde ab ludit alia etiamnum batavis Indiae occidentalis colonis familiaris, qui Boschhoenden vocant, teste Nob. Respondente, cui ibi commorato notissimum animal fuit. Sed denominationum, quas aliquando ineptissimas usus fover, auctoritatem mi-

nus

genus capit, quod, speciebus licet ditissimum, divisionem tamen vix admittere videtur, quum in collatione horum animalium eiusmodi dotum, quo ad docendam generis varietatem requiruntur, nulla adhuc innoverit varietas.

Tertiæ sectionis declives in incessu atque accurvati tum metatarsi, tum præfertim metacarpi sunt. Cum elongati atque incurvati corporis & pedum op̄i abbreviatorum his animalibus ad perreptanda quæque locorum claustra plurimum obtigerit aptitudinis, *vera* generis nomen positum olim fuit. *Tris* in hac sectione distinguuntur, *Viverr.*, *Mustelæ*, *Lutrae* genera; Plura etiam depositare videtur specimen adhuc cognitarum multiplex, nec tamen satis extricata, nec exhausta varietas.

R. for. ordo sequitur. Cum indicata e) dentium fabrica satis distincti, tum & hoc fere privum rosores habent,

E 3

nus tuam inter alia & Felis nomen Americanæ eidem animali inditum monstrat (J. D. Meyers, *Vorstellung allerhand Thiere und ihrer Skelete Nürnb.* 1748. fol. T. III. t. 18.). Ex ipsa contemplatione naturæ huius animalis manifesta eius cum olacibus necessitudo abunde elucescere videatur; Nec sola argumen̄o fuerit, qua plurimum valet, nasi sagacitas (*Schwed. Abhandl. a. a. f.*), quum & reliquarum partium ingenique congruentia sat luculenta præstent documenta. Ceterum & idem animal olacum cum nocturnis adstruit viciniam, cum more quidem reliquorum sui cœus animalium subelongatis & arrestis metatarsis gaudeat, nec nisi digitis tellurem, cum incedit, feriat, et plantis simul ita fabrefactis polleat, ut gradum sistens, renitensve adpressis firmiter ad humum talis potentius se sustinere valeat.

e) p. 26. f.

bent, ut plantis polleant prælongis, quas, & cū sitantes, neque enim gradiguntur, sed eum vel substituta promoveri solent, & sedentes maxime, tota pene longitudine terræ admovent. Quin aliquo in genere exempla obtinent tam euctæ communemque modum adeo excellentis artuum postremorum, longitudinis ut mira metatarsi maxime & tibiae productione, in summa artuum anteriorum ne terræ quidem attingendæ parium abbreviatione, bipes quasi redditur animal, nec nisi per saltum loco mobile, quo in pertinendo plantis solis, subadminiculante cauda, uititur. Naturalis animalium ad ordinem roforum relatorum oculos adeo incurrit a finitæ, ut vix questioni locus sit de agnoscenda huia ordinis congruentia. Disterminandorum autem generum in hoc, quam in alio quocunque ordine, difficultius opus est, numerosissima gente mireque protea undeaque pullulante, nec satis explorata, iis maxime in dubibus, quæ plurimum ad limites signandos valeant f); Per paucis iraque plenius iam extricatis generibus, potioris partis disterminatio multiplice haec tenus autorum implicatur controversia. Videtur tamen, sola licet Leporis atque Procaevæ genera dentium primorum satis distinguantur numero, in reliqua conditione dentium primorum, forma præsertim & pro-

f) Angustia huic efficacissime succurrere possit sèpe laudatus Pallas, ut de universa Zoologia, ita de roforum ordine præsertim meritissimus. Opiandum esset, ut Jll. Viro placet, id complementi immortali suo addere aliquando operi, dentiumque, primorum maxime, æque plenam, ac reliquarum partium, descriptionem tradere, institutum in singulis ab ipso recentis speciebus, tum in reliquis, quarum copia fuerit, & propriæ cuivis & vario gradu communis conditionis examine. Icones laudati Viri, passimque eius etiam descriptiones, ipsaque plurimum huius ordinis animalium contemplatio magnam hinc crudendorum tutorum characterum spem faciunt.

proportione, satis superesse argumenti pro discernendi reliquis generibus. Nimirum enim numero cederit, qui reliquos rotiores, quotquot dentium numero convenient, congeneres ideo habuerit, quantumvis segregitionem possulet & reliquarum dotum & dentium primorum etiam diversa conditio. Collatis horum animalium, quoisque mihi innobuerint, quibusque rationibus, discriminanda genera roforum viva hæc fuerunt: *Hystrix*, *Castor*, *Mus g*), *Glis h*), *Sciurus*, *Lagomys i*, *Cavia*, *Proctavia k*), *Lepus*.

Ma-

- g) Murini generis limites qui mihi statuantur, expeditissime specierum brevis recensio explanabit; Sunt hæ: *M. Castoreus* (*Castor Zibethicus* Linn.). *M. amphibius*. *M. arualis*. *M. agrarius*. *M. taxatilis*. *M. alliarius*. *M. minutus*. *M. betulinus*. *M. vagus*. *M. striatus*. *M. ratus*. *M. mulculus*. *M. sylvaticus*. *M. decumanus*. *M. pylorides*. *M. caraco*. *M. forcivinus* Hermanni.
- h) Glirium species eodem animo affero, nominibus potissimum Jll. Pallas usus, qui singula hæc animalia ad muris genus revocat: *M. tamaricinus*. *M. longipes*. *M. caser*. *M. sagitta*. *M. jaculus*. *M. nitedula*. *M. avellanarius*. *M. glis*.
- i) Sequuntur in eundem finem nomina specierum, laudato Pallas pariter ad mures traharum, quæ mihi genus constituant, *Logomys*, nec *Arctomys* dictum, nam Lepori appetitus, quam Urso, comparari posse videantur. Dicendæ species, nominibus Jll. Pallas æque adhibitis, hæ sunt: *M. arenarius*. *M. songarus*. *M. furunculus*. *M. cricetus*. *M. accedula*. *M. phœbus*. *M. lagurus*. *M. gregalis*. *M. socialis*. *M. œconomus*. *M. rutilus*. *M. glareolus* Schreberi. M.



*Muticorum ordo ab imbelli manducationis apparatu denominatus exiguum animalium manifesto ad similitatis vinculo coherentium numerum sifit. Nimis sane miserabiles^{l)}, nimis inermes quibuscumque iniuriis obiectæ videantur istæ bestiæ, nisi aliunde ipsis fuerit prospectum priuumque comparatum quoddam præsidium, tum in velleris conditio- ne, tum in unguium prærogativa, tum in tenacitate vitæ, tum ipso sensus in stupore. Genera huius ordinis sunt: *Br dyus*, *Cataphractus*, *Pholidotus*, *Hippopotamus*: Possent, si cui visum fuerit, quatuor hæc genera ex indicatis ^{m)} im- bellie gradibus in tres sectiones distribui.*

Primi ungulatiorum ordinis, Tumentrum nomine insig- niti, unicum *Equi*, genus esse, supra ⁿ⁾, indicatum fuit.

Pe-

M. monax. *M. marmota*. *M. empetra*. *M. arctomys*. *M. ci- tillus*. *M. lemmus*. *M. torquatus*. *M. hudsonius*. *M. tal- pinus*. *M. capensis*. *M. aspalax*. *M. typicus*.

k) Procaviae genus africanum animal constituit, ut patria, sic dotibus quamplurimis a Caviæ genere distinctum, *Cavia capensis* Ill. Pallas dictum (Spicileg. Zoog. fascic. II. pag. 16. ss. Berol. 1767. 4.).

l) Facundissimi Buffon in servidiore expositione ærumnarum Bradypodis (Hist. natur. Tom XIII.) nonnulla ex sermonis flore esse interpretanda & cum grano salis accipienda, me nec monente facile intelligitur.

^{m)} pag. 29.

ⁿ⁾ pag. 29.



Pecoribus alter ordo dicatus generibus componitur Ca- meli, o) *Giraffas*, *Arietis*, *Antilopes*, *Tauri*, *Cervi*, *Mojehi*.

Belluarum demum ordo Suem recipit, *Hydrochoerum*, cpi neutiquam arroganda *Cavia capybara* p), *Rhinocerotem*, *Elephantem*, *Hippopatamus*.

Summatim iam expositis primariae mammalium phalangis potioribus momentis patet, quam ea sit & numero & dotibus & varietate conspicua; Id quod vel magis elucescat computatis, quæ supersunt, reliquis phalangibus Ambæ enim tam exili generum numero constant, ut, nisi plura aliquando innotuerint, vix in cohortes atque ordines dispesci mereantur, quantumvis dotes suppetant, quibus eiusmodi determinatio signari posset.

Pinnipedum phalanx, considerato, in Manati genere, stabili perfectionis artuum discriminine, in duas sic secedere cohortes posset, nec inepte Phocæ genus ad dentium fabricam Primatibus, Rosmari atque Trichechi genera Belluis, Muticis Manatus comparari, sicutres in hac phalange æque ordines constitui possint. Sed universa phalanx quatuor saltem genera sifit, *Phocam* nempe, *Rosmarum* q), *Trichechum* r) atque *Manatum* s).

U1-

o) Camelisub-anomalæ quidem ungulæ veræ tamen ungulæ, nec unguis sunt.

p) Erxleben l. c. p. 193.

q) Rosmari binos in superiori maxilla primores detexit Ill. Schreber (Sangthiere. II. Abtheilung S. 260.).

r) Obscurum animal Dugong dictum, oppido a præcedente genere distinctum & nomine distinguendum visum fuit.

s) Stellero memoratum animal Manati quidem nomine signatum (Nov. Comm. ac sc. Petropol. T. II. pag. 302), ex de- scriptione potius ad pinnatorum relegaverim pbalangem.

F

Ultima demum *pinnatorum philinx* instituta maxillarum contemplatione distinguendorum & que ordinum subministrare argumenta possit, Primatibus quodammodo *Delphinu* respondentे, *Diodontet*) Belluis, Pecoribus, *Physetere*, *Balaena* muticis. Neque tamen plura, quam hæc, genera phalangis universæ hactenus admittit ambitus.

Accedo sic ad finem dissertationis, de quo faciendo tum instituti ratio, tum maxime, qua premor, temporis monet angustia.

Vix opus erit, qua nos vivimus ætate, tractati argumenti opportunitati veniam querere. Cui enim non peripicitur, quam medicum non ornet modo atque doceat, sed oporteat etiam naturæ investigatio? Quem fugit, inter res externas, sua singulas in hominem agendi potestate prædictas, & bestiarum esse partes, nunc alimenti, nunc medicamenti, nunc veneni titulo? Dignoscendorum animalium momentum quis neglexerit, nisi cui sumi aliud pro alio perinde fuerit? Quin, si quis missa reliquorum operum naturæ diligentiori contemplatione, hominem ex se solo fatis intelligere sustinuerit, idoneum audiat arbitrum, genuinum vero *Physiologum*, Hallerum, qui (Elem. Physiol. T. I. Præfat. p. III. Laus. 1757. 4) "Quotidie, inquit, experior, de plerarumque partium corporis animati functione non posse sincerum iudicium ferri, nisi eiusdem partis fabrica & in homine, & in variis quadrupedibus, & in avibus & in piscibus, sæpe etiam in insectis innotuerit.",

Ne de his plura.

Adnotatorum similitudinis graduum scala quo faciliti ad examen revocetur negotio, adieci tabulam tum gene-

t) Vulgari circa huius animalis fabricam errori nimium favere Monodontis nomen videatur.

neraliorem, quæ supremorum graduum quorumque rationem reddat. tum specialiores quasdam, quæ ordini cuique familiarem ultra persequantur modorum varietatem, sic ad genera descendant. Quibus in distribuendis ita sum versatus, ut specialioribus ad generaliorem inferne adfixis omnes in communem mappam colligi facile possent.

Si quem forte austus male habeat partitionum admisarum numerus, has sciat instrumento necessario fuisse, quo, si quo unquam, obtinetis in vastissimo imperio naturæ multiplicis varietatis potiores gradus plenius reddi posse, spes affulserit; Nec promulgatam novi legem, qua naturæ omnis teneatur varietas, intra magicum quasi quinarium, quem classis, ordinum, generum, specierum, varietatum stadia definiant, perpetuo se contineret. At superata tali lege non potest non in disciplina detrimentum fallax obtrudi compendium laboris, neglectis confusisque gradibus varietatis e natura rerum nullo tollendis systematum machinamento.



TABVLA GENERALIOR.

IMPERII NATVRÆ

REGNI ORGANICI

REIPUBLICÆ ANIMALIVM

AGMINIS RVBRISANGVIVM

ACIEI CALIDORVM

CLASSIS I. MAMMALIVM.

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

※ ※ ※

Phalanx I.
Pedatorum.

Phalanx II.
Pinnipedum.

Phalanx III.
Pinnatorum.

Cohors I.
Vnguiculatorum

Cohors II.
Vngulatorm.

Ordo I.
Primates.

Ordo II.
Rosores.

Ordo III.
Mutici.

Ordo I.
Jumenta.

Ordo II.
Pecora.

Ordo III.
Belluae.

TABVLA SPECIALIOR A.

Mammalium	Sectio I.	Homo.
Pedatorum		[Simia
Vnguiculatorum		Prosimia
O r d o - L		Procebus
Primates.		Tarsius.
		Lemur.
	Sectio II.	
	§ Missus I.	
	Manuati.	
	Sectio III.	
	Didelphis	
	Phalanger.	
	Vespertilio.	
	Sorex.	
	Talpa.	
	Erinaceus.	
	Meles.	
	Gulo.	
	Mellivora.	
	Vrfus.	
	Nasua.	
	Procyon.	
	Cœtus I.	
	Emanuati.	
	Sectio II.	
	§ Missus II.	
	Cœtus II.	
		Canis.
		[Hyæna.
		Felis.
	Sectio III.	
	Viuerra.	
	Mustela.	
	Lutra.	

TABVLA SPECIALIOR. B.

	Hystrix
	Castor
	Mus
	Glis
Ordo II.	
Rosores	
	Sciurus
	Lagomys
	Cauia
	Procauia
	Lepus
Mammalium	
Pedatorum	
Vnguiculatorum	
	Bradypus
	Cataphractus
	Pholidotus
	Myrmecophaga.
Ordo III.	
Mutici.	

TABVLA SPECIALIOR. C.

	Ordo I.	
	§§§ Iumenta	Equus.
Mammalium	§§§	<ul style="list-style-type: none"> Camelus. Giraffa. Aries.
Pedatorum	Ordo II.	<ul style="list-style-type: none"> Antilope. Taurus. Ceruus. Moschus.
Vngulatorum	§§ Pecora.	<ul style="list-style-type: none"> Sus. Hydrochoerus. Rhinoceros. Elephas. Hippopotamus.
	§§§	
	Ordo III.	
Belluæ.		
Mammalia		<ul style="list-style-type: none"> Phoca. Rosmarus. Trichechus. Manatus.
Pinnipeda		
Mammalia		<ul style="list-style-type: none"> Delphinus. Diodon. physteter. Balaena.
Pinnata.		